







1771

1. Ga

nu

re

F

W

2. Ga

T

i

m

3a - t

nd

J

20

i



1773.

3.

1. Gatzert, Christianus Hartmannus Samuel, Ord. jur. Decanus : Prolusio academica : de S. R. I. principum constitutione ac liberis ex matrimonio conscientiae illegitimis, . . .
Jo. Philippi Misse Frescaii, Jo. Danielis Rumpf nec non Tomae Klingensimmer . . . solemniter in aug. indicanda praemissa.

2. Gatzert, Christianus Hartmannus Samuel : Guilielmi Caroli Ludovici Moors et Francisci Sieglers . . . solemniter inaugurata indicat : De cura rei apificiariae illustri in aedibus Francofurtensibus arbitrio jam ab antiquis in se temporibus in se relicta pauca praefatus.

3^a Gatzert, Christianus Hartmannus Samuel : Frederici Josephi ad. de Schunly, nec non Ignatii Mauselti Rütting . . .
solemniter inaugurata pro more indicatorum : De restitutionis in integrum effectum nunquam declaratoris in Annis imperii iudicis pauca praefatus. 25. Sept. 1773
- 1773



44^{te} Koch, Dr. Christoph: De alienatione bonorum
uxoriorum partim valida

5^{te} Koch, Dr. Christoph: An post hereditatem cum bene-
ficiis legis et inventarii aditam, quoad debitorum
socialium resolutionem jure Francofurtensi heredi-
tatio remunerationi adhuc locus sit nec ne?

6^{ta} Koch, Dr. Christophorus: De testamento per matrimo-
nium vel nullo vel rupto ad reformationem Franco-
furtensem 2 Sept. 1773 ÷ 1782

7^{ta} Koch, Dr. Christoph: An alienus in donatorio exceptio-
nes ex persona indonantis opponi queant?

8^{ta} Koch, Dr. Christophorus: De eo, quod justum est circa
detentionem juramenti litis decisorie tam secundum
jus commune quam secundum statut. Francofurtens.
2 Sept. 1773 ÷ 1782

J. Schmitz, Rödiger Josephus: Theses inaugurales on
omni ius iure.

omni
bene-
torum
hered'
strimo.
Franco
exceptio.
r.
est circa
cum iure
sors.



4
=

5.

6^a
=

7^a
=

8^a
=



14

Pri. 40. num. 19
1773, 2 2/1

ACADEMIAE LVDOVICIANAE RECTOR

ET

ORDINIS IVRIDICI H. A. DECANVS

CHRISTIANVS HARTMANNVS

SAMVEL GATZERT D.

CANDIDATORVM DIGNISSIMORVM

GVILIELMI CAROLI LVDOVICI MOORS

ET

FRANCISCI SIEGLER

MOENO - FRANCOFVRTENSIVM

SOLLEMNIA INAVGVRALIA

INDICIT

DE


CVRA REI OPIFICIARIAE

ILLVSTRIS MAGISTRATVS FRANCOFVRTANI

ARBITRIO IAM AB ANTIQVIS INDE

TEMPORIBVS VNICE RELICTA


PAVCA PRAEFATVS.



G I S S A E,

typis IOANNIS IACOBI BRAVNII, acad. typogr.

CICDCCCLXXIII.




P. 266.



ACADEMIAE LYDVICIANAE RECTOR
ORDINE PRAESIDI N. A. DEANUS
CHRISTIANVS HARTMANNVS
SAMVEL GATZERT D.
CANDIDATVM DICISSEMVIVM
GOVERNOR CAROLI LYDVICI MOORS
IN
FRANCOISII SIEGLER
SOCIETATIA LYDVICIANA
DE
CVRA REI OPTIFICARIAE
ILLVSTRIS MAGISTRVS TRANSCORVITAN
ARRITIO IAM AB ANTIQVIS INDE
TEMPORIBVS VNIQVE RELECTA

FRANCOISII SIEGLER
SOCIETATIA LYDVICIANA
DE
CVRA REI OPTIFICARIAE
ILLVSTRIS MAGISTRVS TRANSCORVITAN
ARRITIO IAM AB ANTIQVIS INDE
TEMPORIBVS VNIQVE RELECTA






Liberam imperii ciuitatem Francofurtanam a Carolin-
 gorum iam inde temporibus regni Francorum Ori-
 entalis sedem (a), a Conradi III. vero aetate vnicum
 electionis imperatoriae legitimum locum (b), tanti
 ob fidem singularem in Caesares atque Imperium fuisse ha-
 bitam, vt splendido admodum nomine *Imperii Domus spe-*
cialis (*eines gemeinen des Reichs Capitel-Hausses*) & *Camerae*
(einer Reichs-Cammer) insignita, inter caeteras vrbes imperiales
 eminentiore loco fuerit posita (c), ex rerum in imperio
 a Germa-

(a) Francofurtum iam ad a. 876. *principalem sedem Orientalis regni*
 vocat REGINO in *Chronicor. Lib. II.* inter PISTORII S.
 R. G. T. I. p. 78. ed. Struu.

(b) Vid. *Die Nachricht von der Kayserlichen Wahlstatt Frankfurt*
 in *Gundlingian. P. XVIII. N. I.* &, qui primus nominandus erat,
 Gen. ab OLENSLAGER in *der neuen Erlaüterung der G. B.*
 §. VII. fqq.

(c) Erudite, vt solent, vim huius tituli & naturam exponere an-
 nisti sunt laudatus OLENSCHLAGERVS loc. cit. §. IX.
 p. 25. & Consult. ORTHIVS in *den Anmerkungen über die*
Frankfurter Reformation Cont. IV. p. 32. fqq. Add. b. SEN-
 CKENBERGII *Histor. Iur. statut. reip. Francof. §. 16. in Sel.*
iur. & bist. T. I. Nr. VI. p. 527.



Germanico gestarum monumentis atque annalibus abunde constat. Eandem itaque hanc ipsam ob causam privilegii etiam atque iuribus excellentioribus fuisse donatam prae aliis, neque mirum est neque a ratione aut aequitate alienum. Plenissimum testimonium perhibet Iudicium imperiale aulicum augustissimi Imp. Sigismundi, Francofurtensium privilegii sibi propositis audiuisse vel vidisse paria, diserte abnegans (d). Nos, qui angustis cancellis scriptionis academicae a pleniore nec iniucundae rei nec inutilis expositione arce-mur, in praesens tantummodo iam ab antiquis temporibus liberam illustris Magistratus Francofurtani in rebus opificiarum potestatem breviter collustrandi, eo lubentiores consilium capimus, quo magis offendimur periculi atque iniuriae plena argumentatione, qua nobilem illam imperii civilis partem nostra adeo aetate vocare quasi in dubium & Senatui Amplissimo fere eripere Scriptor publicus ausus est (e).

Quam-

(d) *in dem Urtheilsbrief Gr. Johannis von Lüpffen, K. Sigismunds Hofrichters zu Nürnberg, de a. 1431. verbis: daß dieselben von Frankfort solche Frybeit von Roemischen Keysern und Kungen betten, als gut, als sy sy gesehen oder gehört betten. Vid. Privilegia & Paëta des H. R. R. Sr. Frankfurt am Mayn (1728. f.) p. 275. fq.*

(e) Scilicet in recenti adhuc memoria est celebris controuersia aliquot abhinc annis Francofurti excitata, an Magistratus ciuitaris Imp. pure evangelicae cinem Catholicae religionis inuitus teneatur admittere ad magistratum officii alicuius contra decretorii anni statum? Ordo noster cum Ictis Goettingensibus & Tubingensibus Magistratus iura ruitus est, peculiari etiam postea Dissertatione de anno decretorio 1624. quatenus in Collegia opificum praecipue in libera imperii republica Francofurtensi conueniat, a 1770. a b. KORTHOLTO nostro exposita. Sed in contrariam plane sententiam iuit Vir Gener. FR. IOH. de ALBINI in Diss. de



Quamquam igitur rei officinae Francofurtanae anti-
quitates atque incrementa exponere aut a primis incunabilis
repetere rem non liceat, hoc tamen silentio praeteriri ne-
quit, opifices ibidem, sin prius, certe Saec. XIII., coaluif-
se, vt alibi, in Collegia & turbis quam maximis dedisse an-
sam (f). Cura fuprema omnis penes solos primum erat im-

a 3

pera-

de anno decretorio 1624. opificum collegia non concernente, sub praefidio FR. MELCH. ANT. HAVSII Herbipoli m. Mart. 1771. habita, Germanice quoque dein verfa. Generales rationes, quibus non sine ingenii laude vtitur, excipit speciale argumentum, quod illuftris Magiftratus Francofurtani auctoritatem recta via oppugnat, vitis caeterum quam pluribus fcetens & noua fimul ratione patrocinans errori, quo Francofurtum ciuitatem mixtam effe infeliciter hac in lite fomniatum eff ab aduerfariis. Postquam enim §. XVII. cafum Francofurtenfem enarrauerat, p. 79. haec addit: Mirandum autem eo magis, tale quid a magiftratu huius Ciuitatis tentari, cum Francofurtum notorie ciuitas democratica fit, in qua ciues Carbolici parrem ftatus Imperii efficiunt, ipfe Magiftratus autem non nifi officio Administratoris nomine Imperatoris fungatur. Repetitis quidem curis caufam hanc deinde folide tractauit Perill. PÜTTERVS in den auferlefenen Rechtsfaellen Vol. II. P. III. R. 223. & recensum fcriptorum huc pertinentium §. 85. dedit; aft argumenta Albiniana fingulatim non vocauit fub examen.

- (f) Probat haec inprimis transactio ftudio VLRICI, Comitis Hanouienfis, Aduocati Caefarei per Wetterauiam, Senatam inter & opifices a. 1358. inita, ap. LERSNERVM in der Frankf. Chronik Vol. II. P. II. p. 324. Add. Diarium Historicum des H. R. R. Stadt Frankf. gefährlichen Aufstands 1615. & ad illuftrandam rem officinariam Francofurtanam in vniuerfum laud. ORTHIVM c. l. Cour. III. p. 171. fgg. 683. f9. LERSNERVM c. l. Vol. I. P. I. p. 257. 258. 473. fgg. & Diff. fub STRECKERI Praefidio a Dn. C. S. MYLLERO Erford. 1751. habitam de Collegiis Ciuicis Francofurtenfibus eorumque officiis, iuribus & Praerogatiuis.



peratores. Sed quod GVNDLINGIVS (g) in vniuersum iam affirmavit, in ciuitatibus regalibus etsi regibus eximia iura competierint, ut vix excogitari possent maiora, tamen & haec tandem fere vniuersa in Senatus arbitrium atque potestatem priuilegiis partim, partim praescriptione aliisque modis esse translata: idem mox etiam Francofurti quoad rem opificiarum speciatim contigit. Ex iure enim statuario antiquissimo, quod auctoritate Scabinorum & Senatus ab anno inde 1352. conscriptum apud SENCKENBERGIUM (h) legitur, pluribus locis luculenter apparet, circa opificia in salutem reipublicae disponendi liberrimam facultatem iam tum fuisse in manibus magistratus. Non tantum enim e. gr. fabrorum ferrariorum statutum, ne quis eorum infra certum pretium laboret aut sua vendat, nominatim ibi abrogauit (i); sublato tribuum prohibendi mercedemque absolutam determinandi iure, societates opificum varii generis inter se penitus reiecit (k) & fidem cuiusque in detrimentum potestatis publicae forte datam


nis. Ordinationem Carolinam de Opificibus in Senatum adfiscendis de a. 1360. exhibet GLAFEY in *Anecdot.* Nr. 30, p. 57.

(g) de Henrico Aucupe p. 126. sq.

(h) in *Sel. Iur. & Histor.* T. I. Nr. I. p. 1-87.


(i) cap. VII. p. 14. auch han wir gemacht um die Smyde - hant die ein Verbund um ein Gebod undir In gemacht, das sie uff ein Geld beslaben sollen und verkouffen. Das Gebod sal allis abe sin. Um sal jederman beslaben um verkouffen also zürlich um moiglich ist.

(k) c. VIII. p. 17. Auch hant die Zymmerlude, die Streyndecker und die Steinmecken eyne Zunft mir einander. Die Zunft sal aller dinge abe sin. Auch sollen sie eynen yglichen by lachin erbeiden um sein Geld - Hant sie auch ein Gebod under In gemacht um ir erbeit, die Gebod sollen alle abe sin.



tam vi omni ac robore destituit (l); sed generatim etiam novas tribus instituere prohibuit veteresque iure statuendi priuavit (m) & ne quis amplius, nisi qui conuenerit cum Magistratu & e ciuium sit numero, ad opificium admittatur, lege sanxit in perpetuum valitura (n). Id quod omnino in causa fuisse videtur, cur opificum collegia, teste *Conf. ORTHIO* (o), a. 1366. consuetudines atque articulos suos, quos vocant, a Magistratu sibi confirmari curarunt. Tanto autem magis haec omnia perill. Senatui Francofurtensi sunt honorifica, quanto minus dubium est, maiorum Imperii statuum quam plurimos tum temporis ne quidem eiusmodi iure insigni fuisse instructos. Anno enim 1376., vt vnum exemplum laudem, CAROLVS IV. IMP. CVNONI, Archiepiscopo Treuirensi, demum *potestatem* indulgisse memoratur, *casandi murandique communitates, societates, fraternitates, statuta, consilia*

- (l) c. XV. p. 21. *Were auch yman be were in Zunfften in hantwerken uz hantwerken adir wer be were, die Glubede betten geron, das dem Gerichte schedlich were, die glubede wollin wir das sie allir dinge abe sin. berum sal man den Rat fragen. Vide ad h. l. ORTHIVM laud. Cont. III. p. 684.*
- (m) c. XXII. §. 2. p. 23. *Man ist auch uff dem gemeinen Rade ubirkomen, das keine Zunfft nicht me sein sal, dan also ir itzund sint, und ensollen auch keine Gesezze under In machen an des Rades Wissen und willen.*
- (n) c. LIV. p. 52. *Item unse Herren sint ubirkomen, der wer ein hantwerg angetriebin bad bis uff die Zyd als unser Here der Keyser alle Globede Eyde und Verbundniß abe tad, der mag daz hantwerg antribin und sal daruber nymand kein hantwerg antribin, die eusy dan vore Burger und babis mit dem Rade uzragin. Add. c. V. §. 1. p. 12.*
- (o) cit. loc. Cont. III. *ibid.* Hinc confirmationem magistratus exclu.




consilia & rectores suorum locorum, ciuitatis & oppidorum, pro arbitrio, quoties videatur expedire (p). Sed multo maius deinde curae suae salutis ciuium protidae praemium Patres Conscripti reportarunt. Postquam enim a. 1368. de variis opificum abufibus & defectibus, quibus impertita ab Imperatoribus societates ineundi facultas inprimis occasionem videtur praebuisse, ad Augustissimum Imp. CAROLVM IV. Scabini rulerant, omnis rei opificiariae in posterum cura atque inspectio Scabinorum Senatusque religioni atque prudentiae pleno ambitu relicta est per speciale Priuilegium (q). Quod quum silentio plane praeterierint Viri docti locum hunc iuris patrii scriptis suis exornantes, legere hic iuuabit. Habet autem ita: *Uns haben fürpracht --- wie das ertliche tresliche Gebrechen seyn vnder den Hantwerkkluten daselbst, also daß die Hantwerke in der Statt nicht also wol bestellet seynd, als daß der Stat vmd den Hantwerkern Not vmd ertlich were: Dorum wann wir euch alles Guten wol getrowen, so empfelhen wir euch, Scheppfen vnd dem Rate zu Franckensurd, vnd woellen, das in die genante Hantwerke besehen vmd bestellen sullet, daß die in eyne sulche Ordenunge geschicket vmd gesezet werden, daß die redlich steen, noch ewern Gewissen, zu Nutze vnd zu Eren der vorgenannten Stat, vnd das zutuen, geben wir euch gantze vnd volkom-*

cluisse non censendus est CAROLVS IV. Imp. in priuilegio, quo permisit der Gemeinde zu Frankenfurr -- daz si eyunge vnder sich redliche sezen mugen in aller Weis, als auch di hantwerk daselbst noch iren guten gewohnheiten pflegen zu tun, ap. GLAF-FEY l. c. Nr. XXXIV. p. 63.

(p) in BROWERI *Annal. Treuir. Lib. XIV. §. 135.* & Chrou. Magdeb. ap. MEIBOM, *Scr. R. G. T. II. p. 329.*

(q) Integrum exstat inter iam laudata *Priuilegia Francofurensia* p. 182.





volkommene Macht bis an unser Widerrufsen. Iure igitur suo
vſus per lapſum deinde Saec. XV. varii generis Conſtitutio-
nibus & Legibus, quas recensere ab hoc loco alienum eſt,
rem opificariam inſtruxit Senatus, ita quidem ſapienter &
iuſte, vt, ſic ferente republica, vltiori adeo curae nouo-
que examini ſubiecerit Conſuetudines, *articulos* vocant, eorum
opificum, quibus Caefares ipſi confirmationem largiti erant
poſt Carolini illius priuilegii tempora (r). Nec obliſi ſunt
Patres ſpartae circa hanc rem ipſis impoſitae in aeterno *Renouatae Reformationis* Corpore, quod FICHARDI opera verge-
nte ſaeculo XVI. curarunt confici. Grauius enim ibidem
diſpoſuerunt: *erſtlich vnd anſaenglich woellen Wir alle die
Ordnungen, ſo Unſere Vorfordern und Wir einem jedem
Handwerk inſonderheit in ihren Zunft - Büchern gegeben, hiemit
beſtaertiget, und daß denſelben, bey Peen darin verleibt, ſolle
gelebt und gehorſamet werden, gebotten haben. Doch Uns, dem
Rath, vorbehalten, dieſelben künſſiglich, wo von noetten, zu
endern, zu mehren und zu verbeſſern* (s). Interim conſiliis
his prudentiſſimis impediri non potuit, quo minus ſub ini-
tium Saec. XVII. ciuium tribus maximam partem opifices

b

com-

- (r) Exemplo eſt futurum Collegium. Hoc enim libertatibus a Ca-
rolo IV. Imp. a. 1377. munitum & cum Moguntinenſium,
Vormatiensium & Spirensium ſocietate iisdem iuribus vſum
Senatus a. 1421. peculiari & diuerſo iure donauit, a. 1472.
notis poſtea viribus aucto. Vid. LERSNERVS *cir. loc. p. 482.*
ſq.
- (s) *Part. X. Tit. I. ſ. 1.* Varias ex illo ſaeculo leges, quibus prac-
cipue abuſibus aliquot nefandis obuiam itum eſt, habet LERS-
NERVS *l. c. Vol. I. P. I. p. 483. ſq.* Notatu inprimis digna
ſunt ſublata Sutorum, quae ibidem occurrunt, ſtatuta duellica,
das Faustrecht der Schuh-Knecht, digladiationum academicarum
inſano mori, ſi pugnis gladium ſubſtituis, ita fere familia,
vt ouum ouo.



complexae, incio inuitoque magistratu statuta inprimis condendo, coeundo, multas dictando & magistros (*Zunfmeister*) eligendo tot tantisque abusibus viam patefacere, vt disrupta mox tota ciuitatis compage turbas inde publicas tristissimas exortas esse sciamus, non nisi Caesarea auctoritate & sublata penitus tribuum memoria demum consopitas. Quamquam enim iura sua Magistratus transactione celeberrima, a. 1613. sub nomine *des Burgervertrags* inita, vindicare iam studuerat, plene tamen parum se restitutum ante sensit, quam per Recesum Commissionis Caesareae a. 1616. confectum, qui vel hodie basin hac tota in re constituit. Potiora capita aliqua decerpere inde hic liceat: *Dieweil die Zünfte und alles Zunfrecht abgeschafft: so sollen die Handwerker weiter keine Macht oder Gewalt haben, weder vor sich selbst Gesetz oder Ordnung zu machen, noch jemand zu erfordern, oder selbst zu strafen, sondern Gesetz und Ordnung vom Rath nehmen, die strafsaellige denen darzu von Rathswegen verordneten Personen anzeigen ---. Was in Handwerksachen einkommt --- das solle für die Bürgermeister gebracht --- bey einem jeden Handwerk gewisse geschworne Meister -- geordnet -- und mit gewissen Pflichten, dahin nemlich beladen werden, daß ein jeder E. Rath und gemeiner Stadt treu und gewaertig seyn -- wolle ---. Wann -- Sachen vorfallen, derentwegen man die Meister zusammenzufordern von noethen achtet, so soll solches allezeit zuvor bey den Bürgermeistern angebracht und Erlaubniß genommen, die ihnen jemand von wegen des Raths zugeben sollen ---. So soll auch kein Handwerk ihme selbst eigene Gesetze und Ordnung geben oder unter sich etwas beschliessen, statuiren oder machen, sondern sollen solches alles vorher dem Rath vortragen und darum bitten, welcher dann nach Gelegenheit ihres Begehrens sich zu bezeigen wissen wird ---. Was sonsten bey angeregter Handwerkerordnung --*
für




für Verbesserung vorzunehmen vor nützlich ermesse wird, solches soll dem Rath nach Gelegenheit der Zeit zu mehrern und zu mindern frey stehen und vorbehalten seyn (t). Nouum haec omnia robur a. 1714. & 1726. accepisse, vnum est, quod addo, ORTHII auctoritatem secutus.

Quum itaque solius Magistratus sapienti arbitrio priuilegiis & constitutionibus Caesarum rei opificariae moderatio semper fuerit relicta & quum deinde haec tam rei naturae atque officio Magistratus in vniuersum, quam speciatim Imperii Legibus apprime sint in omnibus congrua (u); ab eiusdem vnus etiam voluntate solummodo pendeat necesse est in magisterium opificii alicuius receptio boethi, iure quaesito eam in rem vel ex anni decretorii vel alia quacumque ratione parum muniti (v). Nec illius facultatem denegandi receptionem, forma regiminis ciuitatis vllatenus dubiam efficere potest (w), vt pote ad partes officii Magistratus eaue, quae

b 2

a mu-


- (t) Conf. *Consult. ORTHIUS ad cir. Ref. Fr. P. X. Tir. I. §. 1. laud. Cour. III. p. 687.*
- (u) Vid. *Ref. Pol. 1530. tit. 39. §. 2. 1548. tit. 37. §. 1. 2. §. Ord. Pol. de a. 1577. tit. 38. §. 4. R. I. N. §. 106. & Concl. Imp. de 16. Aug. 1731. §. 1.*
- (v) Legisse hic ea iuuabit, quae *Perill. PÜTTERVS l. c. §. 9.* hunc in finem docte exposuit.
- (w) Dum ciuitatis Francofurtanae regiminis formam ex notorio democraticam esse adseuerat *Gen. de ALBINI*, oppido errauit atque ignorasse videtur in genere difficultates, quae rem premunt. Idem olim statuit *LVDEWIGIUS ad A. B. Tir. I. §. 24. g). P. I. p. 233.* diu tamen iam grauitur & ex merito refutatus a *SPENERO in teutschen Iure Publico Lib. IV. c. II. §. XI. l.). P. IV. p. 471. ORTHIO l. c. Cour. III. p. 157. §99. 716. §99. &*



a munere eius, ceu talis, salus publica exposcit, plane non pertinens (x). Vltiore enim explosione indignus est error, ac si ciuitatum imperialium Magistratus in regenda re opificiaria nihil amplius potestatis haberent, quam quantum ipsius litterae pactorum cum opificibus concesserint (y). Aequè parum deinde huc facit controuersissima quaestio, quam in auxilium vocauit *Gen. de ALBINI* (z): vtrum in ciuitatibus imperialibus *status imperii notio & ambitus* solo Magistratu solus

& MÜLLERO in *Diss. laud. de Collegiis Civ. Francof.* §. 3. fqq. viris quidem doctissimis nec vero inter se ipsos consentientibus. MÜLLERVS enim pro *Aristocratico - Democratica* dimicat, ORTHIVS *Aristocraticam* defendit, cui & SPENERVS fauet; HERTIVS denique *de Special. Rom. Germ. Imp. Rebuspubl. Sect. II. §. 23.* Francofurtum *Aristocraticis electiuis restricti voti* adnumerat. In genere hic consulendi sunt MOSE-
RVS in *Staats-Recht* P. XLII. p. 266. fqq. & LERSNERVS in *laud. Chron. Vol. I. P. I. Lib. I. c. 10.*


- (x) Notari omnino meretur, litteras Caroli IV. Imp. de 1368. quas supra protuli, datas quidem esse ad *Scabinos, Senatim & Ciues (den Schepffen, dem Rate und den Burgern gemeinlichen der Stat zu Frankensfurt uff dem Meyen)*; sed moderamen rei opificiariae ipsum nominatim tantum concessum *den Schepffen und dem Rate.*
- (y) Satis erudite ac solide errorem hunc profligere studuit Cl. SIEBERVS in *der Abb. von den Schwierigkeiten in den Reichs-Staecten das R. G. v. 16. Aug. 1731. zuvollziehen* §. 94. fqq. Add. b. de CRAMER *Wetzl. Nebenst. P. 85. Nr. 14. & P. 112. Nr. 56.*
- (z) Pronocat ad Rescriptum augustissimi Imp. FRANCISCI I. de 11. Oct. 1746. iam ex MOSERO *cir. loc. p. 290.* & in *Tr. von der Reichsstaetischen Regiments-Verfassung* p. 64. cognitum, in quo, magistratui superioritatem territorialem competere in ciuitatem Francofurtanam ciuesque eius esse subditos, negatum fuit.



Issue ciuibus absoluatur, an vero ambobus demum constitua-
tur coniunctim? Quancumque enim sententiam amplectar-
is (aa), eadem illa sanctio, quae sapientissime, ne Senatus
Francofurtanus subditorum *suorum* loco habeat ciues, expres-
sim cavit, soli tamen Magistratui ex aduerso nominatim de-
tulit seu potius confirmavit rei publicae administrationem iu-
riumque territorialium exercitium, verbis: *Er, der Statt-Ma-*
gistrat, habe -- die ihm aufgetragene Verwaltung des gemeinen
Wesens nach alten und neuen Kayserlichen Privilegien, Verord-
nungen und Erkaenntnissen, als worauf er ja beeydigt werde, zu-
föhren und dieselbe in allen Stücken genau zu beobachten. Et
quamuis, valde egregia esse Collegiorum Ciuicorum, quae
Francofurti florent, iura & priuilegia, nemo vnquam iuerit
inficias, legibus tamen etiam grauiissime prouisum esse con-
stat, ne vlla ratione turbent laedantue Perill. Magistratus of-
ficium. Ita enim habet Conclusum iudicii Imp. aulici de
7. Dec. 1742. *Wie hiernaechst Ihre Kayserliche Majestaet nicht*
zweiffelten, es würde der Bürgerliche Ausschus sich lediglich an
seine gemessene Instruction halten, mithin dem Magistrat keinen
Eingriff in sein obrigkeitliches Amt und Jurisdictionalia zuthun
sich einfallen lassen; also haette Magistratus, wann er hinkünfftig
gleichwohl einige gegründete Beschwerden disfalls zuhaben ver-
meynete, solches bey Ihrer Kayserl. Majestaet jederzeit allerunter-
thaenigst anzuzueigen &c. (bb). Accedit, plane non esse ve-
b 3 rendi

(aa) Snam cordate hac de re, vt folet, dixit Perill. MOSERVVS
von den teurschen Reichs-Staenden Lib. II. c. 5. §. 192. p. 1209.
quam nostram facere non addubitamus.

(bb) in MOSERI *alten und neuen Reichshofraths Conclusis P. II. p.*
109. Alias lites Magistratum inter & opifices ortas comme-
morat IDEM *von der Reichs-Staetischen Reg. Verf. L. I. c. II.*
p. 326. in loco, qui de Francofurto tractat.



rendi periculum, ne Senatus amplissimi Collegium potestate sua abutendo & a publicis commodis auertendo oculos, coeci arbitrii in eiusmodi causis vniquam sequatur impetum. Quo minus enim accidere hoc queat, sanctissima prohibet promissio, quam iam olim in signum iustitiae atque aequitatis suae luculentissimum opificibus fecit sollemniter sequentem in modum: *Erklaeret sich der Rath, daß er die Handwerker bei ihren artikeln und hergebrachten guten, denen rechten sowohl, als reichs-constitutionen gemaesen gewohnheiten, bleiben lassen und handhaben, auch das ihnen, als ordentlicher obrigkeit, in vorkommenden gelegenheiten zukommende mindern und mehren nicht auf eine willkürliche gewalt extendiren, sondern -- alle umstaende und vorstellungen geistlich und unparteyisch erwegen und nichts, als was zusehender in des gemeinen, sodann jeden handwerks sonderbaren besten und aufnehmen gereichen, hingegen allen besorglichen schaden und nachtheil von dem gemeinen wesen nicht minder, als solchem handwerk insonderheit, abzuwenden kan, mehren und mindern wolle (cc).*

(cc) Formulam exhibet laud. ORTHIVS saepius cit. *Cont. III.* p. 690.


Plura, quae possent, non addo. Expectant enim dignifimorum Candidatorum Laureae Doctorales, vt eorum nunc singulatim mentionem faciam.

Alter est

**GVILIELMVS CAROLVS LVDOVICVS
MOORS,**


qui de vitae laudabiliter actae rationibus coram nobis ita exposuit:

Patria



Patria, S. R. I. libera ciuitate, Francofurti ad Moenum, ego, WILHELMVS CAROLVS LVDOVICVS MOORS, die XXVIII. mensis Augusti, anni MDCCXLIX. in vitam ingressus sum; Genitore, IOANNE ISAACO MOORS, Sacrae Caesareae Maieftatis Consiliario actuali ac in patria ciuitate Praetore, & Matre, MARIA MAGDALENA MOORS, filia Ioannis Maximiliani Pauly, celeberrimi olim argentarii, natu minore. Hi optimi parentes, quos Dei gratia adhuc ambos omni obseruantia in vita colo, & nunquam, dum spiritu fruor, carissimos habere intermittam, curam in me a teneris inde annis, summo studio adhibebant, amicisque praeceptis euangelicae religionis, tam propriis quam per praeceptorum domesticorum informationes me formare diligentissime studebant.


Eandem ob causam postea iam anno MDCCCLV. pater meus ad patrium Gymnasium, vt prima primae pueritiae tyrocinia ponerem, me transire iussit, & ibi permansi ad anni MDCCCLX. mensem vsque Martii. Hoc tempore, Gymnasio valedicens, volente optimo patre, speciali, cum dilectissimo fratre, Viri summe reuerendi Dni IOANNIS CONRADI STELLWAG, nunc pastoris Bonamesensis merentissimi, curae demandatus sum, ductuque illius, omnia pertractaui ea studia, quae sub nomine humaniorum comprehenduntur. Huius doctrinis pro viribus imbutus, Goettingenses vt salutarem musas, exoptatissimus pater decreuit meus, & itaque die XXV. Septembris anni MDCCCLXVII. patrios reliqui lares ac die XXVII. huius mensis statim ad Georgiam perueni Augustam. Hic mihi prima vice id gratissimum obtigisse arbitror, quod die V. Octobris a Viro illustri & Magnifico GEORG. HENR. AYRERO Magnae Bri-



Britanniae Regi ab aulae consiliis, eo tempore fasces academicos tenente, datis litteris sollempnibus, in numerum ciuium receptus sum academicorum. Per triennium autem & sex menses, quos litteris hic dicare mihi licuit, duces habui Viros fama meritisque celeberrimos atque illustres: *Georg. Ludou. BOEHMERVM*, in digestis, institutionibus iuris romani, iure feudali & Canonico; *Io. Steph. PÜTTERVM*, in historia imperii, in iure publico, in institutionibus processus amborum tribunalium imperii supremorum, sicut & in doctrina Iuris priuati principum; *Christ. Fried. Georg. MEISTERVM* in institutionibus iuris romani & in iure criminali; *b. Gottfr. ACHENWALLIUM* in historia statuum Europaeorum, in praelectionibus statistis & politicis; *Gustau. Bernh. BECMANNVM* in Institutionibus iuris naturae & gentium, in digestis & theoria processus iudicialis; *Io. Henr. Christ. de SELCHOW*, in historia iuris, in iure germanico priuato, iure publico & iurisprudencia Rom. germ. forensi Struuiana; *Iust. CLAPROTHIUM* in doctrina de actionibus & Exercitationibus processualibus practicis; *Ott. Dau. Henr. BECMANNVM* in praelectionibus mathematicis; *Io. Christoph. GATTERERVM* in historia vniuersali; *b. Phil. Henr. SEYBERTHUM* in praelectionibus logicis, & viros doctissimos *Dn. BVFFIER* & *MARTINENGO* in linguis gallicis & italicis. His absolutis die XVII. Aprilis MDCCLXXI. ad penates redii, ibique adhuc biennium, proprio studio, omni cura atque opera litteris consumsi. Hoc iam fere elapso autem, nunc die V. Aprilis anni MDCCLXXIII. currentis in Almam me conieci Ludouicianam, summosque ambiens in vtroque iure honores, inclytum in hac ICTorum ea propter adii ordinem.

Annuit





Annuit precibus Ordo noster eumque superato feliciter
tentamine, praemissa *de Successione Coniugum Germanica lectione*
cursoria, sub praesidio Perill. KOCHII ad Dissertationis pro-
prio Marte elaboratae *de Testamento per Matrimonium vel*
nullo vel rupto ad Ref. Francof. P. IV. Tit. IX. & P. III.
T. IV. §. 7. defensionem publicam & reliqua consueta exa-
mina ad d. XXIX. April. eo lubentiori animo admisit, quo
magis ingenii dotes ac virtutem nobis omnibus probauerat.

Alter est


FRANCISCVS SIEGLER

his ipse verbis vitam suam enarrans:


Ego FRANCISCVS SIEGLER hanc lucem aspexi Franco-
furti ad Moenum die XII. Iul. Anno MDCCL. Pater mi-
hi fuit GEORGIVS ARNOLDVS SIEGLER, cuius ac
Mercator conspicuus Patriae meae dilectissimae, quo autem
secundum decretum diuinæ prouidentiae iamiam in tenera
aetate priuatus sum. Mater vero, quam adhuc in vita su-
perstitem obsequiose veneror, ac semper semperque vene-
rabor, est REGINA MARGARETHA, ex gente HAND-
WERCKIORVM Hanouiae florente. Et haec Mater, quam
natura dedit indulgentissima, est, quae sola a primis in-
fantiae meae initiis talia beneficia in me contulit & ad-
huc in me confert, quaeque dum spiro, in mente mea
gratissima haerebunt.

Huius nempe matris dulcissimae prima ac praecipua cu-
ra in eo fuit collocata, vt iis imbuerer principiis doctri-
nae, quae ad religionis atque humanitatis praecepta du-
cunt. Inde adhuc in tenerrima aetate me tradidit discipli-
nae





nae Praeceptorum tam domesticorum ac priuatorum, quam publicorum illustris scil. Gymnasia, quod in Patria floret, quorum moderamine ac industria per vndecim annos literis diuinis atque humanioribus operam dedi. Inter hos celeberrimos viros, de studiosa iuuentute meritissimos, nominandus est, doctissimus Gymnasiae Rector, *Io. Georg. PVRRMANNVS*, qui insuper mathesin puram priuatim me docuit. Horum Praeceptorum ductu praeparatus sum ad altiora studia in Academiis tractanda, ita vt Anno MDCCLVIII. patriis valedixerim musis, atque Goettingam profectus sim. Ibi qua aduenam me inter ciues academicos recepit Perillustris Ex-Rector *Ge. Henr. AYRERVS*. In qua Alma per biennium & sex menses audiui Perill, ac Illustres viros, *Ge. Ludou. BOEHMERVM* in digestis & iure feudali; *Io. Steph. PÜTTERVM* in historia imperii, in iure publico, nec non in doctrina iuris priuati Principum; *Frid. Ge. MEISTERVM* in institutionibus iuris ciuilibus ac Pandectis; *B. Gottfr. ACHENWALLIVM* in Historia statuum Europaeorum & in Praelectionibus politicis; *Io. Henr. Christ. de SELCHOW* in Historia iuris & in iurisprudentia rom. germ. forensi Struuiana; *Gust. Bernh. BECKMANNVM* in iure naturali ac institutionibus iuris ciuilibus; *Sam. Christ. HOLLMANNVM* in rebus physicis; *Io. Henr. FEDERVM* in praelectionibus Logicis; nec non in linguis Gallicis ac Italicis discendis Praeceptores habui clarissimos viros *BÜFFIER* & *MARTINENGO*. Postea anno MDCCLXX. Lipsiam salutavi ibique scholas non minus Perill, ac Illustrium virorum *Car. Ferd. HOMMELII*, *Io. Godofr. SAMMETII*, *Io. Gottl. BOEHMII*, *Tob. RICHTERI*, ac *Aug. Frid. SCHOTTII* frequentavi, qui ius Canonicum, Pandectas, Ius publicum, Historiam imperii, par-




partem Iurisprudentiae practicam atque ius Germanicum docuerunt.

Effluxo anno, patriam iterum petii, atque ibi Cancellariam, quam vocant, iudicalem, styli Curiae & Ordinis processus patrii percipiendi causa, cum gratiosa permissione Amplissimi ac summe Venerandi Scabinatus Francofurtensis per sex menses adii. Denique fama commotus, adhuc anno praeterito Giessam me contuli, in qua Alma Musarum sede per annum Virorum Perillustrium, Illustrium consultissimorumque, Fautorum ac Patronorum pie deuenendorum, *Io. Christoph. KOCHII* in Digestis, iure criminali ac canonico, nec non in doctrina successionis ab intestato; *Christ. Hartm. Sam. GATZERTI*, hoc tempore Magnifici Academiae Rectoris & Ordinis Iuridici Decani spectatissimi, in hac Alma Ludouiciana valde meritissimi, in Theoria processus; *Lud. Jul. Frid. HOEPFNERI* in Institutionibus iuris ciuilis ac in historia literaria iurisprudentiae, vt & *Christ. Erici KLEVESAHLLII* in iure naturae auditor fui, quorum erga me tam beneuolentiae quam meritum mente semper semperque recordabor gratissima.

Et ita absolutis in spatio quinque annorum studiis meis academicis, summos in vtroque iure honores ab Inclito Ordine Ictorum Giessensium, ea, qua par est, reuerentia obseruantissime petii, sicque precibus meis beneuole adnuente, ad examen & consueta edenda specimina admissus sum.

Tentatis ex more ingenii egregii viribus & Lectionis cursoriae loco tractata quaestione: *utrum actor in processu executiuo post iuratum instrumenti disseffionem reum denuo conuenire*
c 2 atque



atque ad uberiorem deductionem admitti possit? ad d. XXX. April. moderante Perill. KOCHIO Dissertationem de eo, quod instum est circa delationem juramenti litis decisorii tam secundum jus commune quam secundum statum Francos. P. I. Tit. XXXIX. a semet ipso conscriptam strenue defendit, ad caetera etiam deinde examina ex merito eruditionis suae admissus.

Quibus omnibus prospere peractis eod. d. XXX. April. in sollemni Consistorio VTRIQVE summus in Jure honores Doctorales rite a me esse collatos, publico hoc libello nunc significo & PERILLVSTRI AC MAGNIFICO ACADEMIAE PROCANCELLARIO, ILLVSTRISSIMIS COMITIBVS, PROFESSORIBVS AC PROCRIBVS REIPVBLICAE TVM LITTERARIAE TVM CIVILIS OMNIVM ORDINVM CELEBERRIMIS, HOSPITIBVS inprimis atque CIVIBVS ACADEMIAE NOSTRAE GENEROSISSIMIS AC PRAENOBILISSIMIS pro praesentia, qua partim actus disputatorios partim reliqua inaugurationis sollemnia splendidiora reddere benigne voluerunt, gratias ago habeoque, quas possum, maximas. P. P. in Academia Ludouiciana ipsis Calendis Maii CIOIOCCCLXXIII. Sub Sigillo Facultatis

Juridicae.



Gel'fen, Diss., 1773

VD 18

ULB Halle
005 356 709

3





14

Pri. 40. num. 19
1773, 2 2, 1

ACADEMIAE LVDOVICIANAE RECTOR
ET
ORDINIS IVRIDICI H. A. DECANVS
CHRISTIANVS HARTMANNVS
SAMVEL GATZERT D.
CANDIDATORVM DIGNISSIMORVM
GVILIELMI CAROLI LVDOVICI MOORS

E GLER

V R A L I A

C I A R I A E
ANCOFVRTANI
QVIS INDE
ELICTA

acad. typogr.

